

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Condito Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

EULOGIUM HISTORiarUM SIVE TEMPORIS.

LIBER QUARTUS.¹

DIVINIS et humanis rebus Julius Cæsar singulariter ^{Introduc-} in-
 structus, ex senatu suo consulatus est omnem Orbem ^{tion.}
 per prudentes viros admetiri. A consulatu igitur Julii
 usque ad consulatum Saturnii² per XXXII. annos missis
 legatis dimensores viri docti arte gnomonica periti
 per omnem terram ad præsides, duces, et iudices pro-
 vinciarum, ut describerent et mensurarent terras, aquas,
 nemora, plana, concava, montes, et colles, itinerarium³
 maritimum, quæ etiam loca navigaturis tangere de-
 buerunt. Et si forte aliquod⁴ prodigium occurrerit
 vel visum fuerit, illud senatui reipublicæ scripto nun-
 ciarent. Et sic repertum est quod omnis orbis habet
 famosa maria XXX., insulas LXXII., montes famosos XL.,
 provincias LXVIII., urbes insignes CCCLXX., flumina
 LVII., gentes CXXV.⁵ Cujus Orbis ambitus est trecen-
 ties et quindecies centena milia passuum.

Longitudo terræ inhabitabilis⁶ est ab Ortu usque ^{The di-} ^{mensions}

¹ *Liber Quartus*] Incipit Liber
 Quartus. D.

² *Saturnii*] Saturni. B.D.

³ *itinerarium*] iterarium. B.D.

VOL. II.

⁴ *aliquod*] aliquid. D.

⁵ *cxxx.*] 152. B.

⁶ *inhabitabilis.*] The *in* written
 upon an erasure in A.; erased in D.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Condito Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)of the
habitable
globe.

ad Occasum, silicet ab India usque ad Herculis Columnas in Gaditario Freto, et habet octies quinque centena LXXVII. miliaria; cujus quidem divisio longitudinis compendior est per mare quam per terras.

Latitudo autem terræ est ab Australi littore Oceani Æthiopici usque ad ostium Thanai fluminis in Septentrione pæne dimidio minor¹ est quam² longitudo prædicta, et continet quinquagesies quatercentena LXII. miliaria. Repertum est etiam per hos viros doctissimos profundissimum maris in perpendiculari spatium stadiorum quindecim.

CAP. I.

*De Orbis Divisione.*Aug. de
Civ. Dei, li.
16. c. 8.
A.D.

ORBEM igitur si in tres divides partes, Asia secundum numerum erit tertia pars, secundum magnitudinem erit dimidia; quæ tendens a meridie per Orientem usque ad Septentrionem Oceano enim concluditur sed

Of the di-
vision of
the world.

ab Oriente ad Mare Magnum finitur. Altera pars Europa a fluvio Tanai descendens per Septentrionem Oceani in fines Hispaniæ ab Oriente et Meridie Mari Magno cingitur, et in Gades Insulas finitur. Tertia pars, Africa, ab Occidente in Meridiem usque ad

Plinius, li.
6. A.D.

finem Ægypti protenditur. Hæ duæ partes, Europa et Africa, inter se mari³ uno brachio distinguuntur, cujus fauces xv. milibus⁴ passuum habent in longitudine, et v. milia⁵ in latitudine. Inde Mare Mediterraneum surgens per varia brachia distenditur.

¹ minor] minore. D.² quam] quod. B.³ mari] maris. B.D.⁴ milibus] milia. B.D.⁵ milia] om. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Condito Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

CAP. II.

De Mari Magno sive Mediterraneo.

MARIS Magni origo est in Occidente apud Herculis Of the Mediterranean Sea. Columnas, ubi Oceanus Atlanticus irrumpens in terras fecit Gaditarium Fretum. Mare Magnum fluens ex Oceano vergit in Meridiem, deinde ad Septentrionem; cujus primus sinus funditur in Hispanias; deinde Gallicus per provinciam Narbonensem; mox Ligustrus urbem Januam. Posthac¹ Tyrrhenus Italiam Isidorus Ethi. li. 9. A.D. attigit, deinde² Creticus qui in Pamphyliam et Ægyptum tendit; inde Hellespontus qui versus Septentrionem magnis amfractibus retortus; sed juxta Græciam apud Bosphorum,³ in angustiam septem stadiorum restringitur; ubi rex Xerxes pontem fecit de navibus ut Græciam ingrederetur. Ibi enim tam strictum est Plinius, li. 6. c. 1. A.D. mare inter orbes Asiæ et Europæ, ut avium cantus, canum latratus invicem audiant⁴ nisi ventus impediatur. Mare illud dicitur Brachium Sancti Georgii, quod urbem Constantinopolim præterfluit. Inde tam per Asiam quam Europam⁵ procedit per Alidos insulam in Europa,⁶ inde diffusus per Pontum, per Thraciam, et Missiam⁷ ad Aquilonem tangit Mæotides Paludes, et fluvium Thanay recipit. Inde versus Orientem expansus transit juxta Asiam Minorem usque ad fines Hiberiæ et Armeniæ, et est illud mare dulcius quam alia, propter flumina accurrentia. In quo quidem sinu sunt insulæ Colehos, Patmos, et quædam aliæ.

¹ *Posthac*] Post hec. B.D.² *deinde*] deñ. B. deinde. D.³ *Bosphorum*] Bosorum. A.B.D.⁴ *audiant*] audiantur. B.D.⁵ *Europam*] per. præm. B.⁶ *Europa*] Europam. B.D.⁷ *Missiam*] i. e. Mæsiam.

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Conditio Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

Isidorus Et sicut terra, cum una sit, pro diversis locis et
Ethi. A.D. causis, variis appellatur vocabulis, ita hoc Mare Mag-
num sive Medium, pro diversis regionibus, insulis,
oppidis¹ et eventibus diversimode nominatur.

CAP. III.

De Mari Oceano et de Gurgitibus.

Of the OCEANUS in circuli modum Orbem ambit. Respiran-
ocean. tibus in profundum ventis, aut revomit² maria aut
absorbet.³ Omnis quoque æstus magis inundat in
Oceano quam in Mari Magno, sive quia totum in
universitate animosius est quam in parte.

Sunt plures aquarum voragine juxta marium mar-
gines, e quibus duæ sunt in Mari Mediterraneo inter
Italiam et Siciliam, scilicet, Scylla et Charybdis; de
quibus Virgilius:

Virgilius. “Dextrum Scylla latus, lævum in plaga Charybdis.”
A.D.

Sunt et aliæ voragine in Oceano, quarum una in
Occidentali Britanniae parte quod Umbilicum Maris
dicitur. Alia quoque inter Britanniam et Angliam,
quæ bis in die naturali fluctus sorbere et rursus evo-
mere, navesque⁴ attrahere et rejicere tanta velocitate
dicitur, ut sagittarum lapsum imitari videantur.

CAP. IV.

De Sinibus Maris.

Of gulfs. SINUS maris dicuntur majores maris recessus, ut in
Mari Magno, Ionius; in Oceano, Caspius, Indicus,
Persicus, Arabicus, qui et Mare Rubrum, quod Oceano

¹ *oppidis*] oppidis, add. A. erased. | ³ *absorbet*] obsorbet. B.D.
² *revomit*] renovat. B.D. | ⁴ *navesque*] naves. B.D.

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Condito Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

EULOGIUM HISTORIARUM.

5

ascribitur. Mare Rubrum vocatum¹ eo quod roseis Of gulfs.
 undis sit infectum, quia omnis terra quæ circumfluit
 pelago rubra est, et colori sanguineo proxima, et ideo
 quicquid adhæsit² in colorem cadit. Ibi enim gemmæ
 rubeæ inveniuntur. Hoc mare in duos sinus scindi-
 ditur; ex his, quæ³ ab Oriente Persicus appellatur, quia
 oram illius Persæ⁴ habitant. Alter Arabicus dicitur,
 eo quod sit circa Arabiam.

CAP. V.

De Æstibus Maris.

ÆSTUS ad Oceanum pertinet, fretum ad utrumque Isidorus
 mare. Æstus enim dicitur maris accessus, vel recessus, Eth. l. 13.
 quasi⁵ inquietudo. Fretum dicitur eo quod semper in A.D.
 se fervet, ut Mare Gaditarium vel Siculum, quod modo Of the
 dicitur Sicilium vel Siciliam. Nam antiquo tempore tides.
 simul conjuncti⁶ fuerunt⁷ et una terra, et sub uno
 rege; sed medio spatio secato et per humilitatem mare
 æstuante vel fervente, divisio fit terrarum in spatio
 arcissimo ad spatium trium milium⁸ dividens Siciliam
 et Italiam; nam Sicilia circumgyratur mare.⁹ Dicunt
 quidam quod ibi sunt duæ¹⁰ maris voragines, scilicet,
 Scylla et Charybdis, quod tamen minime credi potest.
 Sallustius dicit quod ter in die et nocte¹¹ evomit et Sallustius.
 obsorbet.¹² Hæ enim Mari Ægyptio vicinæ sunt. A.D.

¹ *vocatum*] est. add. B.D.² *adhæsit*] adhæret. B.D.³ *quæ*] \tilde{q} . A., with the contraction for *ue* in *que* attached sub-puncted.⁴ *Persæ*] p. se. B.⁵ *quasi*] qz. i. e. quia? D.⁶ *conjuncti*] conjuncta. B.D.⁷ *fuerunt*] A caret follows in A.⁸ *miliū*] miliariorum. B.D.⁹ *mare*] mari. B.D.¹⁰ *duæ*] om. B.D.¹¹ *nocte*] in. præm. B.D.¹² *obsorbet*] absorbet. B.D.

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Condito Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

CAP. VI.

De Lacis.

Of lakes.

SUNT autem et quædam maria quæ non miscentur Oceani fluctibus, aut Mari Magno, et dicuntur laci et¹ stagna. Lacus dicitur receptaculum in quo aqua retinetur, nec fluctibus miscetur, ut Lacus Asphalti, Lacus Benacus, et Larius,² et cæteri quos Græci *limen* vocant, id est, *stagna*; et dicitur *lacus* quasi aquæ *locus*. Asphaltum quasi Mare Mortuum dicitur, eo quod nihil gignit vivum, neque vitam habentem recipit, sed³ et quæcunque mergenda viva quacumque ex parte tentaveris, statim resiliunt et quamvis vehementer illisa confestim excutiuntur. Sed neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, neque navigationis⁴ patiens est quia omnia vita carentia in profundum merguntur. Lucernam accensam ferunt supernatare, extincto lumine statim demergi;⁵ quicquid bituminis est libenter recipit. Longitudo ejus usque ad vicina Sodomorum stadiis CL. quinque. Latitudo usque ad Zoaros Arabiae continens stadios DCC. et LXXX.

Lacus Tiberiadis in Judæa, quam Herodes Junior ob honorem Tiberii Cæsaris condidit, ad salutem corporum omnibus salubrior, continens in latitudine stadia⁶ cXL, in longitudine XL.; in Sacra Scriptura vocatur⁷ Genesar vel Mare Tiberiadis.

Lacus Benacus in Italia et Venetia ex quo fluvius

¹ *et*] vel. B.

² *Larius*] *barius*. B.D.

³ De Mortuo Mari, in marg. A.D.

⁴ *navigationis*] *navigantibus*. B.D.

⁵ *demergi*] *demergitar*. B.D. The contraction for *ur* is added above the *i* in A.

⁶ *stadia*] *stadios*. B.D.

⁷ *vocatur*] *notatur*. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Condito Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

Nimius¹ nascitur; qui lacus magnitudine sui tempes- Of lakes.
tates imitat² marinas.

Lucrinus³ et Avernus sunt lacus Campaniæ; dictus⁴
Lucrinus³ præ copia piscium, Avernus dictus eo quod
aves supernatare non possent.

CAP. VII.

De Fluviis.

QUIDAM autem fluviorum propriis ex causis nomina Of rivers
acceperunt, ex quibus nonnulli notandi sunt qui in
historiis celebres nominantur.

Geon fluvius est de Paradiso exiens, universam
Æthiopiā cingens, et terram Ægypti irrigat annu-
atim. Hic apud Ægyptios Nilus vocatur.

Ganges est fluvius quem Sacra Scriptura Phison
nominat, de Paradiso exiens ad regiones Indorum
Ganges autem vocatus⁵ a Gangaro rege Indiæ; fertur
enim et Nili modo super terras erumpere.

Tigris fluvius est Mesopotamiæ de Paradiso exiens
ad Assyrios; nam post multos circuitus in Mare Mor-
tuum decidit. Vocatur autem hoc nomine propter velo-
citatē ad instar bestiæ nimia pernicitate currentis.

Euphrates fluvius de Paradiso exiens, gemmis ditis-
simus, de Mesopotamiā⁶ per mediam Babyloniam fluit.
Hic a frugibus vel uberitate nomen accepit; Hebraice
eufrata fertilitas interpretatur. Mesopotamiā⁷ in qui-
busdam locis ita irrigat sicut Nilus Alexandriam.

Indus est fluvius Orientis qui Rubro Mari accipitur.

¹ *Nimius*] corr. *Mincius*.

² *imitat*] *imitatur*. B.D. Pro-
bably *mutat* in A.

³ *Lucrinus*] *Lucernus*. B.D.

⁴ *dictus*] *dicitur*. B.

⁵ *vocatus*] *vocatur*. D.

⁶ *Mesopotamiā*] *Mesopotamia*. A.
Mesopotomia. B.

⁷ *Mesopotamiā*] *Mesopotomiam*.
B.

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Condito Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

Of rivers. Hydaspes¹ fuit rex Medorum antiquissimus ex quo amnis Orientis nomen accepit; qui quamvis fluvius Persarum dicitur, tamen contra Orientem decurrit.

Isid. Eth. li. 14. A. Bactrus fluvius Orientis a rege Bactro vocatus;² Oaxis fluvius Persarum; Araxis amnis Armeniæ; Orontes fluvius Syriæ; Jordanis Judææ fluvius; Euis Caucasais montibus fusus; Cydnus³ amnis Ciliciæ ex Tauro Monte progrediens; Pactolus fluvius Asiæ; Hermus⁴ Asiæ amnis; Meander amnis Asiæ flexuosus.

Tanais fluvius, a Tano rege Sicarum⁵ dictus, inter duas mundi partes medius currens in Pontum fluit. Inachus Achaiæ fluvius Argolicos irrigat campos. Padus ex tribus fontibus Italiæ oritur. Tiberis Italiæ fluvius a Tibri rege Albanorum dictus, nam antea Albula vocabatur; Tigris in versibus vocatur, in sermone quotidiano Tiberis dicitur. Danubius Germaniæ fluvius; Rhodanus fluvius Galliæ; Rhenus a societate Rhodani; Iberus amnis Hispaniæ; Mineus fluvius Galliciæ;⁶ Tagum flumen Cartagiæ;⁷ Boetis fluvius Bæticæ provinciæ; Sabrina fluvius quod⁸ discernit Angliam et Kambriam.

Tama isa⁹ est amnis dividens partem Angliæ Orientalem, et fluit per Londoniam, et cadit in Mare Boreali;¹⁰ capit autem originem de uno fonticulo juxta Cirencestriam et ibi vocatur Isa; deinde fluens usque¹¹ ad vicum qua vocatur Tame, et¹² est ibi nomen compositum de duobus rivis, et vocatur Tamise, ab illo composito.

¹ *Hydaspes*] Idapses. A. Id-aspes. B.D.

² *vocatus*] vocatur. B.

³ *Cydnus*] Cignus. A.B.D.

⁴ *Hermus*] Erinus. A.B.D.

⁵ *Sicarum*] Sitarum. B.

⁶ *Galliciæ*] Gallaciæ. B.D.

⁷ *Cartagiæ*] Cartagine. B.D.

⁸ *quod*] qui. B.D.

⁹ *Tama isa*] Tamaisa. B.D. De fluviis Britannicæ. in marg. A.D. De Temisia. in marg. B.

¹⁰ *Boreali.*] Crossed out in D. *Australi* being substituted *prima manu*.

¹¹ *usque*] om. B.D.

¹² *et*] om. B.D.

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Condito Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

Humbria¹ fluit per Beverlacum, et discernit mag- Of rivers.
nam Angliæ partem, scilicet, Northambrorum.²

Trenta aqua velocissima, et inde nominatur, quia omnia terit ad quod³ attigit; per medium Angliæ perfluit. Sunt et aliæ aquæ fluviales quæ provincias et regiones discernunt, ut inter Angliam et Scotiam in Oriente Tweda, in Occidente Sulwath, juxta Carliolum ad latitudinem⁴ trium leucarum per XL. miliaria, et descendit in Mari Oceano. Est et alia quæ vocatur Tyne juxta Novum Castrum. Est alia⁵ sub Blakehoumore⁶ quæ vocatur Tees. Est alia juxta Eboracum, nomine Ouse, quæ descendit in fluvium Humbre et ibi nomen amittit. Est alia sub Leycestria, nomine Soerus, quam aquam Gildas⁷ multum commemorat. Sunt aliæ quamplurimæ de quibus tædiosum esset propter prolixitatem enarrare.

CAP. VIII.

De Diluviis.

DILUVIUM dicitur quasi omnia delens vel destruens, Of deluges.
unde sub Noe fuit⁸ primum, quod omnia delevit præter receptos in Arca. Secundum fuit in Achaia in temporibus Jacob patriarchæ et Oggii regis. Tertium fuit diluvium in Thessalia temporibus Moisi et Amphionis, qui tertius post Cecropem regnavit; quod diluvium majorem partem hominum absumpsit,⁹ paucis per refugia montium salvatis, et maxime in Monte Par-

¹ *Humbria*] Humbra. B.D.
² *Northambrorum*] Northäbroz. A.
Northanhimbrorum. B.D.
³ *quod*] quæ. B.D.
⁴ *latitudinem*] altitudinem. B.
⁵ *alia*] et. præm. B.D.

⁶ *Blakehoumore*] Blakehowmore. B.
⁷ *Gildas*] Tildas. D.
⁸ *fuit*] erat. B.
⁹ *absumpsit*] assumpsit. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04259-8 - Eulogium Chronicon Ab Orbe Conditio Usque Ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 2

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

Of deluges. nasso, in cujus finibus Deucalion¹ creditur regnasse. De aquis primo loquelam fecimus, quia in mundo plus occupant quam terra facit.² Ideo de³ terra et qualiter se dividit et in tribus partibus se extendit,⁴ scilicet Asia, Europa, Africa vel Libya, intendimus determinare.

CAP. IX.

De Orbe.

Of the division of the world.

ORBIS, ut dicit Isidorus, libro xv., trifarie est divisus, nam una pars Asia, alia Europa, alia⁵ Africa appellatur, quas tres partes Orbis veteres nostri non æqualiter dividerunt. Nam Asia a Meridie per Orientem usque ad Septentrionem pervenit, Europa a Septentrione ad Occidentem pertingit,⁶ Africa ab Occidente per Meridiem se extendit; sola quoque⁷ Asia unam partem continet, scilicet, habitabilis nostri medietatem; aliæ vero, scilicet, Africa et Europa, aliam medietatem sunt sortitæ.⁸ Inter has autem partes ab Oceano Mare Magnum progreditur easque intersecat,⁹ quapropter si in duas partes Orientis et Occidentis Orbem dividat, in una parte erit Asia, in alia vero Africa et Europa; ita post Diluvium a filiis Noe fit mundi divisio. Inter quos Sem cum posteritate sua Asiam, Japhet Europam, Cam Africam possederunt; ut testantur Orosius, Isidorus ac Plinius.

¹ *Deucalion*] Theucalion. A.B.D.

² *facit*] om. B.D.

³ *de.*] Interlined in A.

⁴ *extendit*] ostendit. B.

⁵ *alia*] tertia. B.

⁶ *pertingit*] pervenit. B.

⁷ *quoque*] que. B.D.

⁸ *alia vero . . . sortitæ*] om. B.

⁹ *ab Oceano . . . intersecat*]

Twice in D., but once crossed out.